Es de la Libreria del Co-
legio de Sn. Alberto de la
Ciudad de Sevilla.

Lo dió Fr. Joseph Escamilla

ABSOLVTISSIMVS DE octo orationis partium cõstructione libellus, Emendatus per Erasmum Roterodamum.

Auctorem damnatum

¶ Item, Gerardi Listrij de constructionis octo figuris: Cui adhæret (ne quis desideret) Sulpitius

.M. .D. .L. .I.

IOHANNES COLETVS DECANVS SANCTI PAVLI

Gulielmo Lilio, ad diuum Paulum lu di moderatori primario

HAud aliter mihi uideor affectꝰ in nouã hanc scholam nostrã Lili charissime, quam in uni cũ filium pater, inquẽ nõ solum gaudet uniuersam suã substãtiã trãsfundere, uerumetiã sua uiscera, si liceat, cupit impartiri. Nã ut huic est parũ ge- nuisse, nisi eundẽ diligenti educatione ad bonã fru gẽ prouexerit, ita meo animo nõ satis est, quod lu dũ hũc institui, hoc est, genui, quodq; insũpto pa- trimonio uniuerso, uiuꝰ etiã ac superstes solidã hæ reditatẽ cessi, nisi modis omnibꝰ dẽ operã, ut pijs moribus & bonis literis diligẽter educatꝰ, ad ma- turã frugẽ adolescat. Proinde libellũ hũc de cons tructione octo partiũ orationis ad te mitto, pusillũ quidẽ sed nõ pusillũ utilitatis allaturũ nostræ pu- bi, si diligẽter abs te fuerit traditꝰ. Scis in præcep tis breuitatẽ placere Flacco, cuius sentẽtiã & ip- se uehementer approbo. Porró siqua præter ea erunt digna cognitu, tuarũ partiũ erit, ut incidẽt, in prælegen dis autoribꝰ adno tare.

Bene uale, domi nostræ.

M. D. XIII.

ERASMVS ROTERODAMVS CANDIDIS lectoribus .S. D.

IPsare cõperio uerum esse, quod olim Græcorum prouerbio dictũ est: Amicitia intẽpestiua nihil ab inimicitia differt. Video passĩ exoriri, mei nõis, et quã ipse uelim studiosiores, qui libros mihi asserũt, quos aut nõ scripsi, aut certe nõ in hoc scripsi ut ederẽtur. Vetꝰ hic mos studiosorũ hominũ, ut õnes animi affectꝰ, chartis ceu fidis (ut ait Flacꝰ) sodalibꝰ cõmittãt Neq; protinꝰ euulgari uelimꝰ, quicquid cũ amiculo cõgerrone uel stomachamur, uel nugamur. Ediderũt epigrãmata, á me quidẽ, scripta (non infitior), sed nõ in hoc scripta. Ea) sicut ico ijcio) famulus suffuratus, tipographis uẽdidit, Alius quispiã ex pauculis paginis, ijsq; de prauatissime scriptis, uelut ex opere edito, dictu mirũ quã multa citet & inculcet de ratione conscribẽdarum, epistolarum. Et ut de cæteris minutioribꝰ sileam, nuper hunc De constructione libellũ mihi ueluti postliminio uindicarũt, primitꝰ nulliꝰ editũ titulo. Quærebat Io. Coletꝰ theologꝰ inter ãglos eximiꝰ, nouæ scholæ suæ nouũ de cõstructione libellũ, qui simul & compendio pueris commendaretur & perspicuitate. Eum huius iussu scripserat Guilelmus Lilius uir utriusq; literaturæ haud uulga-

riter perit⁹, & mir⁹ recte instituẽdæ pubis artifex
Absolutũ ab illo, mihi tradidit, imo obtrusit emẽdã
dũ. Quid enim facerẽ, cũ uir ille rogandi finẽ nõ
faceret, tã amicus ut nefas esse ducerẽ, quicquã ne
gare precãti: tãtæ uero autoritatis, sic de me meri
t⁹ ut suo iure quiduis etiã imperare posset Erasmo.
Quoniam autẽ sic emẽdaram, ut pleraq; mutarim:
nam id mihi uidebã esse facilius: nec Lilius, ut est
nimia quadã modestia præditus, passus est librum
suo uulgari nomine: nec ego iudicaui mei candoris
esse, usurpare mihi, in quo quicquam esset alienũ,
Proinde magnopere sum interminat⁹, cuiusuis titu
lũ ascriberent, modo ne meũ. Itaq; recusante utro
q; libellus anonimos prodijt, Coleti dũtaxat præ
fatiuncula commẽdat⁹. Quemquidẽ libellũ in præ
sentia nec laudaturus sum, ne cui uidear arrogan
tior: nec uituperaturus, ne parum candidus habear
Verũ hæc præfari uisũ est, ne posthac quisquã ut
meũ ãplectatur, quod ipse præfatiũcula mihi nõ as
sero. Plus satis erratorũ & in ijs quæ publicãtur
a nobis: ut nemo ali⁹ edat, quæ uel non scripsim⁹,
uel nõ emendauimus. Bene uale lector amice.

Basileæ tertio calen. August. M. D. XV.

Nominatiuus ante uerbum

OMne uerbũ ante cedit ntũs agentis seu patientis, eiusdẽ numeri & personæ, ut.

Ego doleo. Illi rident.
Tu gaudes. Nos fallimur.

¶ Appendix prima.

Prima & secũda persona fermè non explicãtur, nisi discretionis, aut ẽphasis causa. Discretio, ut.

Nos accusauimus. Vos damnastis

Emphasis, ut.

Tu audes ista loqui?

¶ Appendix secunda.

Aliquoties orationis pars nominatiui uice ponitur, ut

Dolet mihi quod res nõ cesserint tibi ex sẽtẽtia.

Itẽ uerbũ infinitũ, ut mẽtiri nõ est meũ.

¶ Appendix tertia.

Sillepsis.

Cum plures nominatiui ad idẽ uerbũ referũtur ad hunc ferè modum efferuntur,

Pater et præceptor accersunt te.
Ego & tu sumus in tuto.
Tu & pater estis in periculo.
Ego cæteriq; cognati periclitamur.

¶ Appendix quarta.

Quæ per se multitudinẽ significãt, aliquãdo numero discrepant, ut Pars abiere.

¶ Exceptio prima.

Excipies impersonalia, quæ nullũ ãte se casũ ha
Tedet, piget, pœnitet, uiuitur, statur.

Itẽ tãquã impersonalia, ut Lucescit, diescit, no
ctescit, uesperascit, diluxit, pluit, ningit. gradinat

Quæ exponuntur per uerbum fit, & est.

Item hæc, Fieri potest, ut fallar
Fieri solet, ferê fit. Male fit. Bene sit.
Nam in bene habet, sub auditur res.

¶Eceptio. II.

Verba infiniti modi, pro nominatiuo accusatiuũ habent, ut gaudeo patrẽ recte ualere, id est, gaudeo ꝙ pater recte ualeat.

Vtrinq; nominatiuus.

Est. Videtur. Habetur. Vocatur.

Quædam utrinq; nominandi casum asciscũt, ut
Deus est summum bonum.
Hic nummus uidetur adulterinus.
Aristoteles habetur doctissimus.
Perpusilli uocantur nani.

¶Et nomina gestus.

Studeo pronus.
Dormis supinus.
Incedis rectus

¶Infinitum varians.

Infinitum quoq; utrinq; nominatiuũ habet accedentibus uerbis optandi, ut
Petrus studet uideri diues.

Malim esse diues, quam haberi.

At quoties accusatiu⁹ ātecessit, et sequatur necesse est, vt malim me diuitem esse quam haberi.

¶ Quædam uarijs modis efferuntur, vt
Non licet Athenis esse probus. Et
Non licet esse probis.
Lucanus.
Tutumq; putauit Iam bonus esse socer
Non uacat esse ægrotum.
Non uacat esse ægroto.
Non uacat esse ægrotos.
Quanquam postremum hoc rarius est.

¶ Genitiuus post verbum.
Ordo. I.

SVm genitiuũ postulat, quoties significat possessionem, vt Hæc vestis est patris
Aut ad aliquid pertinere, vt
Regum est tueri leges.
Prudentis est multa dissimulare.
Non est nostræ factionis.
Non est mearum virium.
Non est huius loci atq; temporis

¶ Appendix

Itẽ hæc duo impersonalia, Interest & Refert.
Non tā interest regis, quàm totius reipublicæ.
Refert omnium, animaduerti in malos.

¶ Exceptio

 Ctra

Hos.tñ.abltõs postulãt, mea, tua, sua, nostra uest

Minus inter est mea quam tua.

Nostra nihil refert.

Quibus interdum adiumguntur & hi genitiui

Vnius. Ipsius. Solius.

Et genitiui participiorum.

Non tua unius refert, sed nostra omnium.

Tua ipsius refert.

Tua solius interest.

Mea refert de uita periclitantis.

¶ Appendix.

adduntur & hi genitiui. Tanti, quanti, cunctꝗ. tantidẽ. Nã cætera hmõi addũntur per ad uerbiũ

Magni tua refert.

Minus mea refert quam tua.

Maximopere refert.

Nihil inter est.

Plurimum refert.

¶ Aestimandi Ordo. II.

Verba æstimandi genitiuis gaudent, ut

Parui ducitur probitas.

Plurimi fit pecunia.

Tanti eris aliis, quanti tibi fueris

Maximi penditur nobilitas.

Nihili uel pro nihilo penditur.

Nihili nihilo habentur literæ.

Nauci, flocci, pili, huius non facio.

Assis non facio. Teruncii non facio.

Singulare est illud, Aequi, boni cōsulo, id est, in bonam ac ipio partem.

Vendendi. Ordo. III.

Vendo, reuēdo, addico, distraho. diuēdo, uenū do, ueneo, prosto, æstimo, indico, inscribo. Liceor, licitor, licere. Loco, conduco. Emo, coemo, redimo, mercor, cōmercor. Cōstat, ualet. Hæc uerba hos dū taxat gtōs exigunt, Tanti, quāti. tantidē, quantiuis, quantilibet, quanticunq́, pluris & minoris, si non addātur substātiua. Nā cætera pretij uocabula uel in ablatiuo, uel per aduerbiū apponūtur, ut

Minoris reuendes quàm emeris.

Pluris conducis quam emi poterat.

Quanticunq́ locabis præstirat uēdidisse.

Hodie boues pluris licebāt quàm homines

Miror tantas ædes tā paruo inscriptas.

Paulo, magno, nimio, minimo, plurimo uili, duplo, dimidio reuendes.

Asse emi, tātidem tibi sum traditurus.

Teruntio seu uitiosa nuce non emerim.

Nihilo constat.

Percare locauit equum.

Carius emitur oleum quàm uinum.

Carißime cōstat, quod precibꝰ emptū est.

Gratis locat ædes, at magno pascit.

Appendix.

Quin & quibuslibet uerbis, pretij nomē aut aduerbium apponitur ad hanc formam.

Magno pransi sumus, pluris cœnaturi.
Non minoris docet, quàm talento.
Hic magno etiam tacet.
Nimio, minimo, paulo uiuitur Londini.
Care bibit, Sed carius cacat Bassus.
Nec salutat gratis.

¶ Accusandi. Ordo IIII.

Verba accusãdi, damnandi, absoluendi, et cõsimilia genitiuũ asciscũt, qui crimē significet, ut
Accersitus est capitis.
Detulit fatrem læsæ maiestatis.
Postulatus est repetundarũ, siue de repetundis.
Accusauit male gestæ rei, male obitæ legatiõis.
Egit cum nouerca iniuriarum.
Condemnatus est peculatus. fue cõdenado del hurto de las rentas de el Rey
Reum egit parricidij. acuso a el de q̃ mato al pa
Damnauit incestus. cõdeno de acto carnal cõ parienta
Hic furtis se alligat.
Criminatus est aduterij, cum plagij teneretur.
Arguit te mendacij. Reuicit periurij. cõuecio ...
Incusat negligentiæ q̃xase acusãdome negligẽcia
Apellatus est ueneficij.
Insimulas herum auaritiæ. acusas falsamẽte &c.
Sugillas parsimoniæ. ries de la escaseza del gastar
Notas libidinis, seu de libidine

Infamas inscitiæ. Traducis luxuriæ.
Suspectum habes perfidiæ, siue de perfidia
Taxas ambitionis. Calumninaris maleficij.
Admonuit me errati. Comonuit te promissi.
Commonefecit te debiti.

Singulare est.

Expostulauit mecum de non mißis ad se literis.

¶ Appendix.

Si non fuerit propriũ criminis nomẽ, adponitur ablatiuus addita ferè præpositione. Vtrum ambitus accusas, an sacrilegij, an utroq;, siue de utroq; ? De plurimis simul accusaris.

¶ Miseret &c. Ordo .V.

Miseret, miserescit me tui.
Piget te laboris. Multos uitæ tædet.
Non te uanitatis pudet?
Nostri nosmet pœnitet.

Hæc gtĩm haben cum actõ, nisi dicamus,

Puditum est consilij.
Misertum est uirginis.
Pertæsum est coniugij.

¶ Appendix.

Sed ĩpersonalib⁹ loco gtĩ, põt addi uerbũ ĩfinitũ

Tædet me uitæ. Tedet me uiuere.
Piget militiæ. Piget militare.

¶ Variantia quædam. Ordo VI.

Hæc uariam habent constructionem,

Misereor tui uel tibi.
Meminit tui uel de te, id est mentionem fecit.
Memini, pro recordor, Pleruncq; actō iungitur.
Obliuiscor, recordor, reminiscor, recolo tui uel te
Venit in mentem ille dies.
Potitus est rerum, id est uicit.
et potitus est amica, id est assecutus est.
Eget tui uel te. Indiget auxilij uel auxilio

¶ *Significātia aliquid fieri in loco.* Ordo VII.

Omne uerbū admittit gtūm proprij nōis, signi ficātē locū inquo fit actio. Vixit Romæ, *studiut* Oxoniæ. Natus est Lōdini. *Proprijs usurpātur hæc appellatiua :* domi, militiæ, belli. Iacet humi

Domi belliq; *simul uiximus.*

Domi meæ, *nostræ, tuæ, suæ, uestræ, alienæ.*

Nec alia admittit adiectiua: nā domi paternæ, *nō recte dicitur, sed ī domo paterna.* Ruri *ī datiuo, siue rure in abltō uerbis ijsdē adiūgitur.* Ruri educat⁹

¶ Exceptio.

Si tamen fuerint pluralis dūtaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in abltō ponūtur, ut Nupsit Athenis. *militauit* Carthagine. *Infrequēs est adde re præpositionē,* „Cū essē in Mediolano: *quæ sem per additur nominib⁹ locorū maiorum & appella tiuis:* Cū essem in Itaila Cū agerem in suburbano.

¶ *Datiuus post uerbum.* Ordo. I.

Quoduis uerbum acquisitiui positū, exigit datiuum, ut Non omnibus dormio
Huic habeo, non tibi.
Mihi istic nec seritur nec metitur
Mihi peccat, si quid peccat.
Omnibus sapit, sibi uni non sapit.

¶ Acquisitiua. Ordo. II.

Præcipue tamē hui⁹ ordinis sunt, quæ cōmodū aut incōmodū significāt, ut Do mutuo seu mutuū. Do cōmodato. Mutuo. Fœnero. Largior cōfero tibi, & confero in te. Præstare pro dare et pro exhibere, ut Præstare fidē, præstare pacta. Dono tibi hoc mun⁹, et dono te hoc munere. Impartiā tibi fortunas meas, et impartiā te fortunis meis. Aspersit tibi labē, & aspersit te labe. Instrauit equo penulā & instrauit equū penula. Debet tibi uitā, Suā eruditionē tib acceptā fert. Satisfacio, soluo, resoluo, rescribo, renumero, numero prosoluo. Remetior, pēdo, repēdo, refero, repono, pro reddo. Respondeo pro satisfacio. Nūquā tuis meritis est respōsur⁹. Cōmodo pro prosum. Incōmodo pro noceo. Nō potest mihi nec commodare, nec incommodare. Opitulor, prosū, auxilior, suppedito pro subministro, suggero. Succurro, subuenio, adminiculor, patrocinor, suffragor, adsū, faueo, beneuolo, benecupio. Medeor tibi, & medebor tuo dolori. Medicor te uel tibi Cōducit, cōfert tibi, idest, utile est. Cōducit huic rei, siue cōducit ad hanc rē. Consulo tibi, do cō

filiũ. Consule rebus, i. prospice. Cõsulis me, id est, cõsiliũ a me petis. Sibi canit. Metuo, timeo, formido tibi, id est, sum solicit⁹ pro te. Metuo te, id est, timeo ne mihi noceas. Coniũgitur uterq; casus: Omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere.

¶ *Imperãdi & nuntiandi.* Ordo. III.

Ad hæc, quæ imperãdi & nuntiãdi significationẽ habẽt. Iubeo te abire, iubeo tibi ut abeas. Impero, præcipio, præeo, ut in dicib⁹ præire conatur, præscribere leges uictis: Dicta mihi iusiurãdũ. Edico tibi miles, impero, mãdo cõmitto. Delegauit mihi suã uicẽ. Indixit mihi bellũ. Designa, cõstitue, præstitue, cõdicito, præfige mihi diẽ ac locũ. Tẽpero tibi & te, id est rego. Moderatur animo, iræ, & moderatur principẽ. ¶ Nũtiãdi.

Dico tibi, *scribo tibi, et ad te. Loquor, recẽseo, narro, expono, explano, explico, aperio, indico, demonstro, commostro. Refero, id est narro. Retulit ad senatũ, id est proposuit in senatu.*

¶ Obsequij & *repugnantiæ.* Ordo. IIII.

Quæ ad obsequiũ siue repugnãtiã pertinẽt. Morigeror, morẽ gero, obsequor, obsecũdo, obseruio Seruire tẽpori. Inseruit suis cõmodis. Subseruio suppasitor, ãcillor, assẽtor, adulor, palpor, obedio, milito, pareo. Ausculto tibi, id est, obedio. Ausculto te id est, audio. Audiẽs dicto. obtẽpero cedo, cõcedo. Cõsentio tibi siue tecũ. Assentio siue assẽtior tibi.

Dissētio tibi siue abs te. Subscribo tuo iudicio. Suffragor, astipulor, accedo tibi, siue tuæ sētētiæ, id est, approbo hoc accessit meis malis, siue admea mala. id est, additū est. Accedit huc, accedit his, & accedit ad hæc. Cōuenit mihi tecū. Cōstat hoc nobis siue inter nos. ¶ Repugnātia.

Refragor, obsto, obsisto, obstrepo, resisto, repugno reluctor, reclamo, officio, occurro. Obuiā eo. obuiā factus est mihi. Aduersor. dissideo tibi siue tecum. Contēdo tibi siue tecum. hoc abs te contendo, id est, uehementer peto. Certat illi siue cū illo. Noli pugnare duobus, græce magis quàm latine dixit Catullus, pro cum duobus.

¶ Relatiua. Ordo .V.

Verba, quæ relationem & respectum habēt ad aliquid: Quæ huic est coniux, tibi nurus est. Platoni corpus est vox, id est, iuxta Platonis sententiam. Aristoteli spongiæ sentiunt.

¶ Relatiua per compositionem.

Huiusmodi fermè sunt cōposita cū his præpositionibus: Præ. ad. con. sub. ante. post. ob in & inter.

Præ.

Ego meis præluxi maribus. Præpollit omnibus. Prænitet. Præminet. Præstat omnibus, siue omnes Præcellit omnibus vel omnes. Præbibit mihi. Præripuit illi. Præeo pro uinco, præcedo, præcurro, præuertor, præuenio, accusatiuum exigunt.

Ad:

Admolitus est illi manũ. Admoueo. Accubuit, assedit mihi. Adiacet Aegyto. Aduolutus est genib⁹. Affulsit mihi spes. Arrisit matri. Acclamabãt dicẽti. Appressit pectori codicẽ. Adegit gladium pectori. Affigo, adhæreo, adhæresc it, allubescit

Con

Conuixit nobis. Commigrauit huic uiciniæ. Cõmori tibi cupio, siue tecum. Colludo tibi, uel tecum

Sub

Subiacẽt fortunæ, succedo, subijcio, subest. Subtolle patri.

Ante

Antestat, antepono, antefero te õnibus. Antecedit, anteuertit, antecellit omnibus uel omnes. Anteeo te, non tibi.

Post.

Post habeo. postpono famam pecuniæ.

Ob.

Ob gannit nobis, occinit, obturbat. Oppono, obijcio, oppedo, obmurmuro.

In.

Indormis saccis. Inuigilas chartis. Immoraris, immoreris, insudas studijs. Insides saxo. Illudo tibi. Insulto. Inniteris arũdini. Nitor quoq; simplex. Nititur suis uirib⁹. Imminet capiti. Impẽdit omnib⁹ periculũ. Inest mihi cupiditas. Inest illi, in illo

Incidit mihi lis cum nebulone.

Inter.

Intermiſcet vera falſis. Interſerit, interijcit. Interfuit conuiuio, interuenit colloquio.

¶ Contingentiæ.

Cōtigit mihi, accidit, euenit, uſu uenit, obtigit, ceſſit, ſucceßit, obuenit, uertit, cecidit.

¶ Confidendi.

Fido, confido, credo. Fidē habeo. Fidē facio. Fidē do, polliceor, ſpōdeo, nubo. Itē hæc, liquet, uacat, placet, diſplicet, dolet, licet, ſuccēſeo, indignor, minor

¶ Datiui aduerbiales. Appēdix.

Addūtur & hij datiui aduerbiales: Tēpori ſurgēdū Veſperi uenit. Luci occidit hominem.

Verbis aliquoties datiu⁹ feſtiuitatis, id eſt, iucūditatis gratia adiūgitur: Suo ſibi hūc iugulo gladio.

¶ Gemini datiui.

Eſt pro habeo. Eſt tibi mater. Nō eſt tibi qđ agas Et intercedit mihi cum illo familiaritas.

¶ Nonnunquam geminos habet datiuos.

Non ſit tibi curæ. Item hæc,

An id ſibi ſtudio habet? Hoc tu tibi laudi ducis? Speras tibi laudi fore, quod mihi uitio uertis? Dedit mihi ueſtem pignori, dono, mutuo. Dedit mihi pecuniam fœnori.

¶ Accuſatiuus poſt uerbum. Ordo .I.

Verba trāſitiua cuiuſcūq; generis, exigūt ac

cusatiuum significantem id quod patitur, vt

Saluto patrem. Numeras arenam.
Bibis uinum. Loqueris mendacium.
Osculatur vxorem.
Tædet, piget, pudet, pœnitet, miseret me tui.
Decet te. Non decet senem.
Dedecet uirginem impudentia.
Antiqui dicebant, & decet tibi.

¶ Duo accusatiui.

Sunt quæ geminum addmittunt accusatiuum.
Docuit me literas. Dedocebo te istos mores.
Poposcit me mutuum.
Rogat, orat, flagitat, exorat te ueniam.
Postulo, oro, posco, flagito, peto abs te hanc rem.
frequentius quàm te, sine præpositione.
Exuo, induo, uestio, calceo, cingo, posteriorē, hoc est, accusatiuū rei, sæpius mutant in ablatiuū.
Exuit se chlamydem siue chlamyde.
Accinxit se gladio.

Accusatiuus rei & personæ

Quædam vtrumuis admittūt, rei seu personæ.
Vicit te: &, uicit litem.
Excusat se: & excusat ualetudinem
Accusat te: accusat tuam neglıgentiam.

Motus ad locum, Ordo. II.

Quæ significant motū ad locū aliquē, accusatiuū postulāt nominis proprij, citra præpositionē.

Eo Romam. Rediit Athenas.
Nauigauit Carthaginem.
Item hæc, Cōfero me domum. Recipio me rus.
Nā appellatiuis, siue maiorū locorū vocabulis, ferè præpositio additur. Profectus est in hispaniā. Reuersus est in prouinciam. Abiit in forum.

¶ Spatium temporis. Ordo. III.

Quibuslibet uerbis apponitur actūs significās spatiū temporis.
Potauit totam noctem. Hic totum desedi diem. Viginti annos nat⁹ est. Iā seculū te opperimur.

¶ Appendix.

Quanquam hic aliquoties in ablatiuum uertitur. Cōmorat⁹ est apud nos trib⁹ horis, seu tres horas

¶ Appendix.

At quoties non spatium, sed species temporis significatur, ablatiuus tantum apponitur.
Nocte vigilias. Luce dormis
Æstate domi desides. Hyeme nauigas,
Superioribus diebus ad te scripsi.
Anno proximo te visam.
Significantur autē species, cū interrogatio fit per quando, Quando uenies? Hora tertia.
Spatium uero, cū fit interogatio per quādiu, vt Quādiu vigilasti? Duas horas.

¶ Spatium loci. Ordo. IIII.

Quibusdam & loci spaciũ, eodem modo apponitur

Iam mille passus processerant.

Patet in longum quingenta stadia.

Latum culmum,

Latum vnguem,

Latum digitum, pedem hinc ne discesseris.

Abest ab vrbe sesquimiliarium.

Quãquã hic quoq; nõnũquã vertitur in abltũm

Abest á continenti quingentis passuum milibus

¶ Reciprocus accusatiuus.

Ordo. V.

Qodlibet verbũ quãtumuis intrãsitiuũ admittit accusatiuũ nominis significantis eundẽ actum, vt Quã hic vitã viuitis? Endimionis somnũ dormis. Huius generis sunt illa. Longũ nauigauit iter. Hunc scio meá solidé solum gauisurum gaudia.

¶ Accusatiuum per figuram.

Itẽ illa, Resipit, sapit adustionẽ. Olet lucernã, hircũ. Olet vnguẽta. Spirat Italiã. Vox nõ sonat hominẽ. Vineta crepat mera. Viuũt bacchanalia. Viuit Cynicum.

Et quæ ponuntur aduerbiorum loco.

Furit indomitum. Dulce sonat. Toruum tuetur, id est, indomite, dulciter, torué.

¶ Ablatiuus post verbum.

Ordo. I.

QVoduis uerbũ admittit abltũm significantẽ qualecũq; instrumentũ, aut modũ actionis.

¶ Exemplum instrumenti.

Petit me saxo. Cecidit loris. Enecas odio. Refellis argumentis. Vincit sapiẽtia. Conciliauit humanitate multos. Concordia res paruæ crescũt, discordia maximæ dilabuntur, id est, per discordiam.

¶ Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit.

Summa eloquentia causam egit.

Hic tamẽ apponitur aliquoties præpositio, cũ, Summa cum humanitate tractauit hominem.

Nam instrumẽti non apponitur non enim recte dicitur, Scribit cum calamo.

¶ Appendix.

His finitima sunt, quæ ad synecdochẽ pertinẽt. Aegrotat animo magis quã corpore. Discruciatur animo. Candet dentibus. Rubet capillis, id est, secundum animum, corpus capillos. Poëte dicunt per accusatiuum. Languet animum. Rubet faciem. Canet capillos.

Comparatiua. Ordo .II.

Quæ uim obtinent cõparationis, admittũt ablatiuum significantem mensuram.

Multo præstat cauere quã admittere.

Multis, infinitis partibus te uincit.

Duplo superat. Nimio excellit, antecedit

Motus a loco. Ordo .III.

Quæ significant motum á loco, siue per locũ, eadẽ nomina ad mittũt ĩablatiuo, quæ ĩ genitiuo apponebantur, cum significabatur quies in loco Discessit Londino. Rure reuersus est.

Louanio sum facturus iter.

Apponitur semper præpositio, per, appellatiuis & regionum nominib9. Per italiam eundũ est Græciam petenti. Per forum ibis. Addũtur & hi ablatiui ad uerbiales: Hac eundum est, illac, istac

Qua pro aliqua parte seu uia, vt Si qua licebit effugere. Et relatiue. Qua spectat Ægyptum.

Ablatiuus absolutus. Ordo .IIII.

Quibuslibet verbis additur abltũs absolute sũptus

Me dormiente tu bibis.

Hoc me vino non facies.

Hæc fiunt te rege, te consule, te pontifice.

Te impulsore feci.

Lilio præceptore tantus hic euasit.

Implendi, onerandi. Ordo. V.

Verba implendi, onerandi, & his diuersa.

Satio, saturo, expleo te fabulis.

Ingurgitauit se cibo.

Obruit se vino.

Oneras stomachum cibo.

Leuabo te hoc onere.

Exonerabo te nummis.

Nudauit, exuit, spoliauit me bonis omnibus.
Emunxit senes argento.

¶ Prosequor, & afficio.

Item prosequor, afficio
Affecit me iniuria, damno, honore
Prosequor te odio, amore, beneuolentia,
Pluit lapidibus, lacte, sanguine, siue lapides, lac, sanguinem.

¶ Mereor bene seu male VII,

Bene mereor & male, peius, melius, optime, pessime, interueniente præpositione asciscunt auferendi casum.
Optime de literis meritus es.
De me nihil es meritus, neque bene neque male.

¶ Passiua. Ordo .VIII.

Passiuis additur ablatiuus agentis, sed accedente præpositione a uel ab. Rideris ab omnibus.

Additur aliquando datiuus absque præpositione.
Amaris omnibus uel ab omnibus.

Accusatiuus patientis uertitur in nominatiuum.
Pater castigauit filium. Filius castigatur à patre.

Cæteri casus fere omnes manent in passiuis, qui fuerant actiuorum.
Doceris à me grammaticam,
Accusaberis furti.
Haberis ludibrio.
Priuaberis magistratu.
Quæ per se passiua uocantur, construuntur quemadmodum et illa: Venijt à domino. Vapulabis a præcepto

Quid fiet ab Illo?

¶ Vescor & cætera. Ordo IX.

Vescor carnibus.
Hic uictitat lacte.
Vtor homine familiariter.
Inuenitur & utor hanc rem, & abutor operã.
Fruor tuo conspectu.
Et tuo fretus auxilio.

¶ De potior dictum est.

Fungitur magistratu. Defunctus est uita.

¶ Appendix .I.

Præpositio subaudita facit vt abltũs recte addatur
Habeo te loco parentis.
Est mihi uice filij, id est, in loco, in uice.
Apparuit illi humana facie.
Discesßit magistratu.

¶ Infinitiua. Appendix. .II.

Quibusdã familiariter addũtur uerba ĩfinita.
Solet, debet, cœpit, optat, gaudet laudari.
Amat uideri diues. Studet metui.
Nam figurate ponuntur, ut a nullo pendeant.
Hæccine fieri flagitia? Et uenari pro uenabatur.

¶ Diuersi casus eidem additi uerbo.

¶ Appendix .III.

NIhil uetat, quo min⁹ eidẽ uerbo diuersi casus apponantur diuersæ rationis.
Dedit mihi uestẽ hãc pignori, te præsẽte, propria

manu, Nam uestem, additur tanquã transitiuo: mihi, tanquam acquisitiuo: pignori, ex eorum est forma, quæ resoluuntur per ad, uel, in præpositionem, id est, in pignus: te præsente, ablatiuus est absolutus: manu instrumentalis.

Gerundia.

Gerũdia õnia eosdẽ fermé casus admittũt post se, quos habẽt verba a quibus deducuntur.

Ad discendum literas. Ad seruiendum tibi.

Ad fruendum amico.

In Di.

Gerundia in di, ante se habẽt hæc nomina: Gratia, causa, prætextu, occasione, titulo, otiũ, facultas, licẽtia, ars, aut simile nomen substantiuum.

Veni huc causa uisendi te.

Non erit copia conueniendi hominem.

Ars dicendi.

Nonnunquam præcedit adiectiuũ.

Cupidus uisendi te. Gnarus bellandi.

Certus eundi. Imperitus nauigandi.

Peritus medicandi.

In Dum.

Gerũdijs ĩ dũ præponitur præpositio ad, uel ĩter.

Ad colloquendum tecum

Inter cœnandum hoc mihi uenit in mentem.

Reperitur & ante domandum.

Cũ significant necessitatẽ, sine præpositione usur

pantur, addito substantiuo uerbo:
Vigilandum est ei, qui cupiat uincere.

In Do.

Gerundia in do pendent á præpositione in uel ab, siue dictione quæ requirit ablatiuum, ut
In consultando locus est eloquentiæ.
In pugnando viribus est opus.
Reuersus á uenando siue á uenatu.
Tacendo refellis, id est, tacens refellis.
Scribendo disces scribere.
Romanus sedendo uincit.

Gerundiua nomina.

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua, vt
Causa uisendi te, & causa uisendi tui.
Ad discendum literas, & ad discendas literas.
Legendo libros doctus euades. Et
Legendis libris doctus euades.

Supina in tum.

Prima supina sequuntur verbū, significās motū ad locū, vt Abijt piscatū, id est, ad piscandū. Admittunt post se eosdem casus quos uerba ipsorum.

Absolute posita.

Ponuntur & absolute cum uerbo, est, ut

Pugnatum est,	Actum est,
Dormitum est,	Cessatum est satis.

¶ Supina in tu.

Supina ĩtu paßiuæ significationis fermè sũt, et ad

hærent nominib⁹ adiectiuis, ut Turpe dictu. Mirabili uisu. difficile creditu. Procliue factu, id est, ad faciendū. Nā in his, Surgit cubitu, redit uenatu, nomina poti⁹ cēsenda sūt, quam posteriora supina

¶ De participijs.

Participia sequuntur costructionem uerborū à quibus deriuantur.

Donaturus tibi uestem.

Donaturus te ueste.

Consulens tibi. Fruiturus te.

diligendus ab omnibus. Quāquam in his vsitatior est datiuus: Diligendus omnibus.

Participia facta nomina.

Cum transeunt in naturā nominū, gtūm postulāt, ut Amans vini. Fugitans litiū. Cupiens tui. Sitiēs auri. Peritus belli.

Et sine casu, ut Vir potens, eloquens.

Tunc & comparationem accipiunt, more nominum in ens vel in tus desinentium.

Cupientior famæ quám auri.

Cupientißimus tui.

Nulli desideratior quám mihi.

Desideratißimus patriæ.

¶ Participia facta nomina compositione

Quæ compositione fiunt nomina gtūm asciscunt.

Indoctus pilæ. Inexpertus belli.

Quæque & horũ ſiplicia ſimili modo uſurpantur.

De nominibus uerbalibus. Ordo .I.

OMnia feré uerbalia genitiuum admittũt. qui uerbis erat accuſatiuus: Vt Colo agrum.

Cultor, cultrix agri.	Cult⁹ agri, cultura agri.
Bibo uinum.	Bibax uini
Cupio laudẽ	Cupidus laudis

Item quæ ſunt affinia his, ut

Auarus laudis.	Ignarus omnium.
Studioſus tui.	Securus amorum.

In Bilis. Ordo ,II.

Verbalia in bilis accepta paſſiué, datiuo gaudent, ut participia in dus. Flebilis, formidabilis õnibus, id eſt flendus, formidandus omnibus.

Gtũs additus nomini ſubſtantiuo. Ord. I.

NOmina ſubſtantiua, quæ ſignificãt poſſeſſorẽ meſurã, ſiue numerum, aut relationem ad al quid genitiuum exigunt, ut

Arma Achillis	Cyathus uini.
Duo milia peditum.	Modius tritici.
Par calciamentorum.	Vncia auri.
Iugum aquilarum.	Vlna panni.
Tres decades quæſtionũ.	Vxor Petri.
Mille nummum.	Amicus patris.
Comes Vlyſſis.	Princeps patriæ.

Vertitur hic genitiu⁹ aliquoties in datiuũ, ãte

cedēte uerbo est. Hic est tibi pater, huic socer, illi (cōsul.

¶ Atributiua. Ordo. II.

Cū significatur aliquid inesse siue adesse cuipiā, qd ad laudē seu uituperiū pertinet, trifariā efferim9

Puer bonæ indolis.	Vir maximi nasi.
Puer bona indole.	Vir maximo naso.
Puer bonus indole, et indolem, poētice.	Vir maximus naso, et nasum poētice.

¶ Species & genus. Ordo. III.

Species subijcitur generi in genitiuo, siue in codē casu per appositionem.

Nomen Catonis in te non quadrat.
Crimen læsæ maiestatis.
Cum essemus in terra Italiæ, siue Italia.
In vrbe Romæ, siue Roma.

¶ Substantiue posita. Ordo. IIII.

Quædā adiectiua substantiue posita, gtūm admi (ttūt, ut
Multum lucri. Paulum pecniæ.
Quid habes negotij?
Quantū habebis pecuniæ, tātundē habebis fidei.
Plurimum vini. Minimum aquæ,

¶ Item pro nomina quædam.

Hoc negotij. Id operis, Quid illud mali?

Appositio.

In sūma, quoties substātiuū, quacūq; rōne refer tur ad alterū substātiuū, additur ĩ genituo, nisi ad datur appositiue. Nā tū satis est, si cōcordet incer

ſu, etiam ſi numero & genere diſſideat.
Abſtuliſti Maronem meas delicias.

¶ De adiectiuis & ſubſtãtiuis.

Adiectiua nomina, participia, pronomina, concordant cũ ſuis ſubſtantiuis in numero, genere & caſu ut, Ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt. Iſtam fortunam tui mores promeruerunt.

¶ Adiunctio.

Cũ plura ſubſtãtiua, diuerſi etiã numeri ac generis, ad vnũ adiectiuũ referũtur, his fermé modis efferri ſolent: Gloria nõ eſt expetẽda, neq; diuitiæ in medio ponas, ad quod referuntur partes. Non eſt expetẽda gloria neq; diuitiæ, ut præponatur. Gloria & diuitiæ nõ ſunt expetẽdæ, ut poſtpoſitũ cõueniat cũ proximo. Gloria, diuitiæ, genꝰ, nõ ſũt expetenda, ut ſubaudias, iſta, idq; neutro genere.

Relatiua.

Relatiuũ Qui, cõuenit cum antecedente in numero & genere. Placuerunt literæ quas ad me dediſti. Niſi figurate loquamur: Quas ad me dediſti literas, magnopere placuerunt.

¶ Comparatiua. Ordo. V.

Cõparatiua & ſuperlatiua genitiuũ exigũt, ut
Sum minor fratrum, de duobus.
Sum minimus fratrum, de pluribus.
Et tum exponuntur per inter,
Inter fratres, uel ex fratribus.

Nā comparatiua cū exponuntur per quám, ablatiuū asciscūt. Præstantior te. Eloquētior omnibus præterquam Cicerone, id est, quam Cicero.

Additur et alter abltūs significās modū excess⁹.
Est maior te quatuor annis.
Digito lato te procerior. Multo potior.

Multo & longe apponuntur & superlatiuis.
Multo omnium doctißimus.
Longe peßimus omnium.

¶ Distributiua & partitiua.

Ordo. VI.

Itē nomina partitiua, aut partitiue posita, uelut quisq; quisquis, quicūq;, quidā, quis īterrogatiuū, & quis pro aliquis. Aliquis, uterq;, neuter, uteruis, vtercūq;, nemo, null⁹, sol⁹, un⁹, medius.
Quisq; huius nationis.
Vnum quodq; animantium.
Prouocat vnumquemlibet uestrum.
Vtrum horum mauis accipe.

¶ Exponuntur per inter uel ex.

Vnus omnium, idest, solus omnium.
Medius duorum, idest, inter duos.
Et dimidium animæ

Itē, alter, ali⁹, & his æquipollētia pronomina, Hic & ille, & aduerbium partim,

¶ Appendix. I.

Quanquā in his genitiuis significās totū, in aliū

casum sæpe vertitur.
Quis hominum vidit? Et
Quis homo vidit?
Neuter Catonum. Et
Neuter Cato.

¶ Animātiū vel animātia, alia sunt volatilia, alia reptilia. Appendix. II.

Ad hāc formā pertinent, quotus, quotusquisq; ordinem significantia numeralia.
Quotus eras conuiuarum seu conuiua?
Quintus regum Romanorum, idest, inter reges.
Sapientum octauus.

Quāquā in hoc postremo, nō tam ordinē significat quam numerum simpliciter, ut illo.
Dic quotus esse velis.

¶ Datiuus post nomen.

Commodi aut in commodi. Ordo. I.

ADiectiua, quæ commodū aut in commodum significāt, aut relationem ad aliquid, datiuum exigunt, vt Rem mihi permolestam, mihi iucundā, tibi perniciosam, mihi salutarem.

¶ Relatiua.

Apt9, accōmod9, idone9, vtilis inutilis bello, siue ad bellū. Nat9 gloriæ & ad gloriā. Obnoxi9 illi. Amic9 huic & hui9. Similis, dissimilis huic & hui9. Diuers9 huic vel ab hoc. Affinis, cognatus huic vel huius. Nam cū hmōi substantiue capiuntur,

genitiuo magis gaudet.

¶ *Accusatiuus post nomen.*

Spatij mensura. Ordo. .I.

Quæ certum magnitudinis modũ significant, accusatiuum ad mittunt. Longus, latus, altus, crassus. *Turris alta trecentos pedes.*

Liber crassus tres digitos, siue trium digitorum crassitudine, & ducentorum pedum altitudine.

¶ Circuitionis uis. Ordo .II.

Quædã per circunlocutionẽ accusatiuũ admittunt, ut. Nõ *sum id nescius, id est, nõ ignoro, Cuius generis sunt & illa: Eius rei mihi uenit in mẽtẽ, id est, recordatus sum.* Et: *Id mihi anus indiciũ fecit, id est, indicauit.* Et: *Opus est mihi hac re.*

¶ *Ablatiuus post nomen.*

D*Ignus & indignus ablatiuũ asciscũt.* Dignus *honore, dignũ est illo.* Dicimus *tamen, dignus ut honoretur.* Dignus *quem õnes honorẽt.* Et Dignus *honorari ab omnibus.* Item *uacuus, onustus,* Vacuus *curis.* Onustus *diuitijs.* Pauper, *diues, plenus, inanis etiam genitiuum admittunt.*

¶ Pro *nominum constructio.*

Genitiui primitiuorum

M*Ei, tui, sui, nostri, uestri, genitiui primitiuorum, ponuntur, cum paßio significatur.*

Nam cum actio, addūtur possessiua, meus, tuꝰ, suꝰ, noster & uester.

Languet desiderio tui, nempe quo tu desideraris.

Fauet desiderio tuo, quo tu desideras.

Item pars tua, quæ tibi debetur.

Pars tui, idest, manus, aut pes, corpus, animus.

Imago tua, quam tu possides.

Imago tui, quæ te representat.

Aliquoties utrumq; coniungitur, ut

Nostra tui memoria, idest, quam nos de te habemꝰ

Possessiua pro nomina.

Possessiua adiectiua sunt, et nō recusant aliquan do genitiuum.

Mea ipsius causa.

Tua solius, unius.

Meos flentis oculos

Nostrum & uestrum

Nostrum & uestrum genitiui plurales, gaudent nominibus distributiuis, aut partitiuis, ut

Nemo uestrum.

Vnusquisq; nostrum, id est, ex nobis.

Item comparatiuis & superlatiuis, ut

Maior uestrum.

Maximus natu nostrum.

Reciproca.

Sui, sibi, suꝰ, a, um, nō nisi reciproce ponūtur: hoc est, ut reflectātur ad id, quod præsit in eadē orat

tionis parte, aut annexa percopulam.
Ille sibi placet.
Petrus odit suos.
Orat ut suo faueas filio.

¶ Demonstratiua.

De mōstratiua cum substantiue ponuntur, admittunt genitiuum, ut dictum est:
Hoc noctis.
Idem temporis.
Illud accessit mali.

¶ Item cum datiuo.

Item datiuum sibi admittit, uel ablatiuū interueniente præpositione. Idem facit occidenti, idest, quod occidens. Idem huic, aut idem cum hoc

De constructione aduerbiorum.

Nominatiuus post aduerbium.

EN & ecce demonstrantis, nominatiuo seu accusatiuo iunguntur.
En quatuor aras.
Ecce rem.
En lupus est in fabula.
En exprobrantis, accusatiuo gaudet.
En animum & mentem.

Genitiuus post aduerbium. Ordo .I.

SVperlatiua genitiuum exigunt. Peßime omnium dixit, qui omnium optime fecit.

Aduerbia loci, & temporis,

Ordo .II.

Adduntur aduerbijs loci ac tẽporis genitiui ferme hi. Vbi gentium?

Eo impudentiæ uentum est.

Quo terrarum.

Nusquam gentium.

Huccine rerum uenimus?

Vbi vis, quo uis terrarum

Eo loci redacta est.

Tunc temporis.

Nam minime gentium, monadicon est, genitiuo festiuitatis causa addito.

¶ Pridie, postridie. Ordo. III.

Pridie calendarum siue calendas

Postridie eius diei

Postridie quam ueneris.

Postridie quam discesseras.

¶ Instar. Ordo .IIII.

Instar montis, instar pecudis.

Item, parum, multum, satis, abunde uini uice nominum poni uidentur.

¶ Datiuus post aduerbiũ.

Quedã datiuũ admittũt nominũ, unde deducta sunt. Venit obuiã illi. Nam obuius illi dicitur. Canit similiter huic. Nã similis huic. Et sibi

inutiliter. Sedet proxime illi. Propinquius tibi sedet quam mihi.

¶ Accusatiuus post aduerbium.

SVnt quæ accusādi casum admittūt præpositionis, unde sunt profecta.

Propius vrbem, & proxime castra.

¶ Ablatiuus post aduerbium. Ordo. I.

QVæ comparātur, constructionem habent cōparatiuorum nominum.

Accessi propius te, idest, quám tu.

Melius te dicit, idest, quam tu.

Plus quingentis colaphis, & plus millies.

¶ Procul & cætera. Ordo. II.

Procul dubio, & procul ab vrbe.

Clam patre.

Palam omnibus.

Coram omnibus.

¶ Hic. illic. istic. & cætera. Ordo. I.

Hic. illic. istic. int⁹. alibi. ubi. ubiq;. ubicūq;. ubilibet. ubiuis. alicubi. necubi. sicubi. ibi. inibi. ibidem referuntur ad quietem in loco.

¶ Huc. illuc. & cætera. Ordo. II.

Huc. illuc. istuc. intró. alió. oliquó. nequó. siquó. eó. eódem. quolibet. quouis. quocūq;. foras. horsū. aliorsum. dextrorsū. sinistrorsum sursum. deorsum.

utroq; neutrò, quoquouersū, referuntur ad motionem ad locum.

¶ Hinc. illinc. & cætera. Ordo. III

Hinc. illin. istinc. aliunde. alicunde. sicunde. necū de. indiden. unde. undelibet. undeuis. undecunq;. utrinq;. referuntur ad motum è loco

¶ Hac. illac. & c. Ordo. IIII.

Hac. illac. istac. alia. aliqua. qua. siqua. nequa. referuntur ad motionem per locum.

¶ Variantia.

Hæc uariāt: Foris cœnat, & foris uenit. Peregre uenit, peregre rediit, peregre abiit. Nusquam apparet. Nusquam discedet.

Quib⁹ modis uerborum, quæ cōgruāt aduerbia

Vbi, postquam.

VBi, postquam, cum aduerbia tēporis, interdū indicatiuis, interdum subiunctiuis uerbis apponuntur: Cum aderit, & cum uenerit.

¶ Simul. & c.

Simul, simulac, simulatq;, magis gaudēt subiūctis Simulatq; adoleuerit ætas. Cuis

Vt pro postquam, indicatiuo gaudet adiungi. Vt uentum est in urbem.

Quemadmodum, & c.

Quemadmodū, ut, utcūq;, sicut, utrūq; modum admittunt. Vt salutabis, ita resalutaberis Vt semen

tem feceris, ita & metes.

Quasi. &c:

Quasi. ceu. tāquā. perinde. ac si. haud secꝰ. ac si. cū proprium habēt uerbū, subiūctiuis gaudēt apponi. Tanquam feceris ipse aliquid. Quasi non norimus inter nos. Aaliás copulát consimiles casus. Noui hominem tanquam te. Arridet mihi quasi amico.

¶ Ne, non.

Ne prohibentis, uel imperatiuis, uel subiunctiuis additur. Ne nega. Ne dixeris. Non, uerbis imperatiuis non recte apponitur.

¶ Ne, an, num.

Ne, cum est interrogantis, indicatiuū amat. Superest ne & uescitur aura? Similiter & an & num. At eadem cum accipiuntur dubitatiue, siue indiffinite, subiunctiuum postulant. Vise num redierit. Nihil refert, feceris ne, an persuaseris.

¶ Pene, & alia similia.

Pené. propé. propemodum. tantum non. modo non. vnico uerbo, seu alia dictione contenta sunt. Propemodum insaniebat. Tantum non insaniebat Modo non montes auri pollicebatur

Aduerbium relatum non ad uerbum

ADuerbium aliquoties refertur nō ad uerbū, sed aliam orationis partem.

Homo egregie impudens. Ne parum sis leno. Admodum puella. Admodum arcus

Aliquoties aduerbium adhæret aduerbio Non admodum pulchre. Parum laute.

Quãquam, & his similia.

QVanquam, tametsi, etsi, etiamsi, frequentius adiunguntur indicatiuis.

Quamuis & licet, subiunctiuis. Etiamsi, cum utrisq; cohæret.

Vt, pro quamuis, semper subiũctiuum flagitat. Serui ut taceant, iumenta loquentur.

Aliquoties ad aliam orationis partem referũtur, non ad uerbum. Complectitur hominem, quamuis male uolentem, etiamsi peßime de se meritũ.

¶ Nisi cum similibus,

Ni. nisi. si. siquidem. quod. quia, & indicatiuis & subiunctiuis adhærent.

Nisi facies. Nisi feceris. Quod bene uales gaudeo. Quod redieris incolumimis gaudeo. Non quia sic merui. Non quia sit pauper, sed quod sit improbus.

¶ Quando, & cætera.

Quando & quandoquidem, quatinus, indicatiuũ exigunt. Et frequenter sequuntur causam, cum reliquæ huius ordinis frequentiuis præcedant. Quoniam mihi nõ credis, ipse periculum facito. Ipse facito periculum, quando mihi non credis.

¶ Quippe, quippequi, vt qui.

Quippe item, cum proprium habet uerbum. Danda est huic uenia, quippe ægrotat

Si addideris qui, utrunq; admittit modum.

Vt qui, plerunq; subiunctiuis adhæret.

Non est huic habenda fides, quippe qui bis iãpeierauerit, siue peierarit. Vt qui peierarit.

Qui.

Qui, cũ habet uim causalẽ, semper adhæret subiunctiuo.

Stult9 es qui huic credas, idest, quod uel quia credis

¶ Vt, utpote.

Vt & utpote, proprium uerbum nunquam habẽt.

Odi petrum ut in omnes maledicum.

Vtpote in omnes maledicum.

¶ Tum tum, Cum tum.

Tum tum, Cum tum, similes modos copulant in uerbis: In declinabilibus similes casus.

Odit tum literas, tũ uirtutem.

Amplector cũ eruditos õnes, tum in primis marcellum.

¶ Præpositionum constructio.

Præpositio uersa in aduerbium.

PRæpositiones quæ citra casũ vllũ vsurpãtur, in aduerbiorũ naturã trãseunt. Extra meite. An mare, quod supra memorẽ, quodq; alluit ĩfra: Prope abest.

Quemadmodum rursus & aduerbia quædam accedente casu in præpositionem transeunt, vt: Procul, Coram Clam, Palam,

Casus præpositionum.

QVædam accusatiuum exigunt, vt. Intra parietes. Extra vallum.

Quædam ablatiuum, ut: Ab urbe.

Quædam utrumque, sed in eodom sensu.

Varij casus præpositionum earundem.

In.

In cum significatur act⁹ ĩ loco, desiderat ablatiuũ In animo est. In foro uersatur.

In pro erga, accusandi casum habet. Optimo in te animo.

Item in, pro contra. In omnes maledicus.

In pro ad. In hoc incumbite. In hoc natus sum. In mercatum abijt.

Sub.

Sub nocte, idest, in nocte.

Sub noctem, idest, instante nocte. Sub ea. i. post ea

Item sub, additum uerbo motus ad locum, accusatiuum exigit. Sub umbram properemus.

Sub cum uerbo quietis, ablatiuum requirit. Sub lodice. Sub umbra.

Super

Super numerum ingenuorum, idest, ultra numerũ.

Super hæc omnia. idest, præter hæc omnia.

Super Priamo, idest, de Priamo.

Super arbore sidunt, idest, in arbore.

Tenus.

Tenꝰ gaudet ablatiuo singulari, genitiuo plurali.

Pube tenus, crurum tenus. Sed hæc uidētur ue luti composita, quemadmodum & illa: Hactenꝰ, ea tenus, quatenus.

Versus.

Postponitur et uersꝰ suo casui. Rmā uersꝰ iter est.

Vsque.

Vsque, raro sine altera præpositione reperitur, & significat temporis ut loci magnitudinem.

Ad multam vsque noctem. Ab extrema usq; India.

Vsurpatur et aduerbialiter pro sēper, siue cōtinē (ter

A ab abs.

A præponitur dictionibꝰ incipiētibꝰ á consonāte.

A foro, á castris.

Ab, incipientibus á uocali. Ab omnibus. Nisi sint liquidæ, aut i consonās. Ab Ioue, ab rege

Abs, incipientibus at. Abs te.

¶ Præpositiones semper compositæ.

Sunt quæ non inueniantur extra compositionem.

Di, dis, re, se, an, con Diduco. dissipo. refero. seiungo. ambigo. conuenio.

Con præpositio.

Con ex quibusdam neutris facit transitiua. Com minxit lectum. Conspuit hominem, concacauit, cō pluit, conuomuit maritum.

De.

Deiicio, idest, ex alto iacio. Deamo. i. ualde amo, Desipit. i. sapere desijt. Deferbuit ætas.

Reclamat, id est contra clamat.
Repetit, id est denuo petit.
Retexit, id est, quod tectum est aperit.

De constructione interiectionum.

O Exclamantis admittit uocatiuũ, nominatiuũ & accusatiuum. O dij immortales, o vir fortis, o insignem impudentiam.

Subauditur autem frequenter. Vt singularem impudentiam.

Heu, proh, & cætera.

Heu pietas, heu stirpem inuisam. Proh Iupiter. Et proh deum atq; hominum fidem.
Heu mihi. Væh tibi, ah tibi.

Cedo.

Cedo flagitantis exhiberi, accusatiuum habet, Cedo manum, cedo senem.

Amabo & obsecro &c.

Amabo & osecro, blãdiẽtis, Sodes & sultis, hortantis uerba sunt, & in interiectionis naturam uersa, quemadmodum & age.

FINIS.

Gerardus listri
VS DE OCTO FIGVRIS. constructionis.

FIGVRA, *ut Quintilianus ait libro nono, est cõformatio quædã orationis, remota a cõmuni, & primũ se offerẽte ratione. In scholijs Græcorũ figura sic definitur: Figura est permutatio quædã orationis, aut secũdũ sententiã, aut dictionẽ, a uul gari & primũ se offerẽti ratione dicendi, in elegã tiorẽ sine tropo. Verũ cũ hæ diffinitiones obscuri ores sint, quã ut á tyrũculis intelligi possint, satis mibi in præsẽtiarũ erit, pigui (quod aiũt) Miner ua, figuras cõstructionũ, ex optimis quibusq; grã maticis colligere, idq; breuißime. Harũ octo sũt. A ppositio, euocatio, sylepsis, id est cõceptio, prolep sis, zeugma, synthesis, antiptosis, & synecdoche.*

De appositione.

APpositio *est duorũ substãtiuorum, eiusdẽ ca sus, quorum alterum declarat alterum, imme diata coniũctio, ut flumen Rhenus.*

Dico *duorum substantiuorũ, quia mere adiecti uorum immediata coniunctio, non est latina, ut do ctus bonus, quatuor centum, quinq; mille.*

Potest *etiã appositio trium substãtiuorũ esse,*

ut. M. Tullius Cicero. Et quāquā substātiua in appositione ferè sūt eiusdē casus, à magnis tamē autorib⁹, in diuersis interim casib⁹ ponuntur, perinde quasi ad diuersa pertinerēt. ut urbs Patauii, apud Vergiliū: & urbs Antiochiæ, apud Ciceronē. Debēt etiā eiusdē esse numeri substātiua: nam nō dicim⁹, flumina Rhen⁹. Id tamen perpetuo non seruatur: Nā quoties alterum substantiuorū caret numero singulari, aut est nomē collectiuū, diuersorū numerorū esse possunt, vt urbs Athenæ. Ouidi⁹:
In me turba ruunt luxuriosa, proci. Vergili⁹:
Ignauum fucos pec⁹ à præsepib⁹ arcent.

Dico quorum Alterū declarat alterum: nā in appositione sequens substātiuū, ferè præcedēs declarat, vt fratres gemini. Nā autore Quintiliano, si gemini dicā, fratres addere est superuacuū: quod tamē classici autores īterim fecerūt, dicētes gemini fratres, & Roma urbs, & Rhenus flumen.

Tribus modis fit appositio.

Restringēdæ generalitatis gratia, vt urbs Roma, animal equus.

Tollēdæ æquiuotationis causa, ut Taur⁹ mōs Asiæ, lupus piscis.

Ad proprietatem atribuendam:
Erasmus uir exactissimo iudicio.
Nireus adolescens insigni forma.
Ti otheus homo incredibili fortuna.

De euocatione.

CVm prima uel secũda persona, ĩmediate ad se euocat tertiã, ambæ fiunt primæ uel secundæ personæ, quare uerbum quod eis adiungitur, erit primæ uel secũdæ personæ, ut, Ego pauper laboro, tu diues ludis. est ergo euocatio, immediata tertiæ personæ ad primam uel secundan reductio.

In euocatione quatuor sunt,

Persona euocãs, quæ semper est prima uel secũda.
Euocata, quæ est semper tertia.
Verbum, quod est primæ uel secundæ personæ.
Et absentia coniunctionis.

Nam personæ in euocatione ad idẽ pertinẽt, & coniunctio non nisi diuersa coniungit.

In euocatione, persona euocãs, & euocata interim sũt diuersorũ numerorũ: utpote, cũ euocata caret numero singulari, ut: Ego tuæ deliciæ istuc ueniam. Aut cum est nomen collectiuum. Plini9 Auũculus in præfatiõe: Magna pars studiorũ amœnitates quærim9. vbi est euocatio implicita, nã subauditur nos. Aut cũ est nomẽ distributiũ. Ouidi9: In magnis læsi rebus uterque sumus, euocatio est.

Duplex est euocatio.
Explicita & implicita.

Explicita, ubi tam persona euocans, quam euocata exprimitur.

Implicita ubi euocãs subintelligitur, ut Listri⁹ scribo. Quamquam Priscianus contendat in hac orotione: Ego Apolleni⁹ scribo, esse solœcum, cui ego non assentior, cum Vergilius dicat.

Coram quem quæritis adsum, Troius Aeneas.

Et Ouidius:

Penelope coniux semper Vlyßis ero.

De conceptione.

ANtequam ad conceptionem uenio, duas regulas præmitto. Quarum prior est:

Copulatiuũ per cõiunctionẽ &, atq;, q; nec, neq;

Item per præpositionem. cum, pro & captam, est pluralis numeri. Quare uerbum aut adiectiuũ, aut relatiuum, quod eis apponitur, plurale erit, ut

Ego & Cicero ualemus.

Ego atq; Terentia ualemus.

Neq; ego neq; tu fecimus.

Nec præceptor nec discipuli sapiunt.

Ego cum uxore ueniemus.

Rhemo cum fratre Quirinus, Iura dabunt.

In ijs, &, atq; & c. copulãt dictiones. nã quãdo orationẽ copulãt, faciũt zeugma, ut ego & tu fecisti Neq; ego neq; tu fecisti.

Porró, cum magis uerbũ amat singulare, ut Tu quid ego & populus mecum desiderat, audi.

Altera regula est,

Copulatũ pluralis numeri, est illius generis. aut personæ, cuius est pars dignior.

Dignior autem est persona prima quã secunda, & dignior secunda quam tertia.

Dignius masculinum genus, quam fœmeninum, et dignius fœmininum quam neutrum.

Quare cum copulatum est prima persona, & secunda, aut tertia, totum fit primæ personæ, ut Ego & Terentia ualemus.

Et cũ est ex masculino genere & fœmenino, aut neutro, totum fit masculini generis, ut Rex & regina beati, Dominus & mancipia pugnaces.

Et cum est ex fœminino & neutro, totum fit fœmenini generis, vt Hinc leges & plebiscita coactæ.

Conceptio personarum & generum.

Syllepsis quæ cõceptio ĩterpretatur, est cõprehẽsio ĩdignioris sub digniori, Id quod fit dupliciter:

Aut enim persona concipitur cũ persona, sic est cõceptio personarũ, ut Ego & tu uiuim⁹. Hic, ego, sic secũ capit, tu, ut totũ copulatũ sit primæ personæ: Aut genus indignius cum genere digniori, sic est conceptio generum, ut Rex & regina pij.

Conceptionem grammatici dicunt duplicem, directam & indirectam.

Directã ubi concipiens, id est, dignus, & cõceptũ, id est, ĩdigni⁹ copulãtur per et, uel atq;, uel q;.

Indirectam, vbi copulantur per cũ, copulatiue sumptum, ut Ego cũ matre sumus candidi, ubi utraq; cõceptio est indirecta.

Dicunt etiam esse quandam conceptionem generũ implicitam, ut quando nec genus cõcipiens, nec gen⁹ cõceptũ explicãtur, sed de mare atq; fœmina perinde loquimur, ac de solo mare, ut si dicam: Vterq; est formosus, loquens de sponso & sponsa.

Sic Ouidius:

Impliciti laqueis nudus uterq; iacet.

Loquẽs de Marte et Venere, reti implicitis à Vulcano. Porro quando substãtiua in cõceptione generum significant res inanimatas, tunc adiectiuum quod eis ad iungitur, aut cõuenit cum digniori, ut apud Lucanum Leges & plebiscita coacte.

Aut, quod est usitati⁹, ipsum ponitur in neutro genere Salusti⁹: Ira & ægritudo permista sũt. subintelligitur enim hæc. Idem: Hic bella ciuilia, cædes, & discordia ciuilis, grata fuerunt. In sacris literis: Virga tua & bacul⁹ tuus, ipsa me cõsolata sũt.

¶ Conceptio Casuum.

Est etiam quædam syllepsis, id est conceptio casuũ quoties supposita sũt diuersorũ casuũ, quod fit quando copulantur per cum, copulatiue captũ, ut Ego cum populo desideramus.

¶ Conceptio numerorum.

Sic conceptio numerorum est, ubi pluralis numerus concipit singularem, ut

Sunt nobis mitia poma,
Castaniæ molles, & pressi copia lactis.

Enumerat etiam Aldus plures species syllepsios: uerum nos hæc rudibus sufficere arbitramur.

De prolepsi.

QVũ cõgregatio, siue totũ, cũ uerbo uel adiectiuo congrue cõstruitur, deinde partes cõgregationis, ad idem uerbum uel adiectiuũ reducũtur, cũ quo tamẽ fere nõ concordãt, Prolepsis, idest præsũpto est, ut Duæ aquilæ uolauerũt, hæc ab oriente, illa ab occidente. Hic congregatio, duæ aquilæ, cum uerbo uolauerunt, in omnibus concordat, cũ quo partes, hæc & illa, ad idẽ relatæ, in numero non concordant. Congregatio siue totum, est dictio pluralis numeri, aut nomen collectiuum, ut duæ aquilæ. Corydon & Thyrsis. Nã copulatum æquiualet plurali, ut

Compulerãtq; greges Corydõ & Thirsis in unũ,
Thysis oues, Corydon distentas lacte capellas.

Populus uiuit, alij in inopia, alij in delicijs.

Sulpiti⁹ & Ald⁹ quinq; dicũt in prolepsi esse necessaria, cõgregationẽ, partes, uerbũ, quod Sulpi

tiꝰ proprietatẽ uocat, determinationẽ, & ordinẽ, ut Aquilæ uolauerũt, vna ab oriẽte, altera ab occidẽte, qd ex Græco Homeri sũptũ est: Aquilæ uolauerũt, altera quidẽ ab oriẽte, altera uerò ab occidẽte. Hic aquilæ, est cõgregatio, ut Aldus dicit, aut vt Sulpicius totũ, uolauerunt, uerbum aut proprietas est: una & altera partes: ab oriẽte, & occidente partium determinationes: ordo, quod congregatio siue totum præcedat, partes sequantur.

Prolepsis est, ut Aldus ait, duplex

Explicita & implicita.

Explicita, in qua omnia inueniũtur quæ in prolepsi esse oportet, vt Equi concurrunt, hic à dextera, ille a sinistra hippodromi.

Implicita, in qua aliquid tacetur, ut Homines inuident, alter alteri. Hic deest altera partiũ, cũ determinatione, uidelicet & alter alteri.

Et portate, alter alteriꝰ onera. Hic deest totũ uos, et altera pars cũ determinatiõe uidelicet al- Cterius

¶ Terentius.

Curemus æquam vterque partem.

Hic totum, nos, subintelligitur, & partes alter & alter includuntur in distributiuo uterq;.

Aldus cum Prisciano prolepsim dixit esse cum ãtè numerus redditur, quam personæ diffiũintur, ut Duorum Aiacum, hic est Telamoniꝰ, hic Salaminiꝰ Hic ãteponitur numerꝰ pluralis, siue dualis, aiacũ

quã personæ Telamonius & Salaminius positæ sint Apud quẽ ubique est prolepsis, ubi totũ aliquo mõ do siue ĩ recto siue ĩ obliquo præsumitur, ut Humani generis, alij boni, alij praui Quãtitatis aliud cõ tinuũ, aliud discretũ. Verũ in his cõgregatio, siue totũ, quippe obliqu⁹, nõ ante cõcordat cũ uerbo, quare secundum Sulpitij diffinitionẽ & nostrã, in his prolepsis non erit, secundũ uerã tamẽ etymologiam & hic & in omnibus similibus est prolepsis.

Nec multum curandum est, quid gramatici triuiales dicant: cum etiam Diomedes prolepsim dicat esse, quoties id quod posterius gestum est, ante describitur Lauinia uenit littora. Lauinium enim non dum erat cum Aeneas ueniret in Italiam. Sit ergo prolepsis, ubicũq; totum aliquo modo præsumitur, a pro quod est ante, & libo summo dictum.

❡ De zeugmate.

ZEugma est uni⁹ uerbi uel adiectiui, uiciniori respondẽtis, ad diuersa reductio, ad unũ quidẽ expresse, ad alterum per supplementum, ut Cœli mouendi sunt & terra. Hic, sunt, reducitur ad diuersa supposita, uidelicet cœli mouẽdi & terra: & cũ mouẽdi cõuenit in numero, ut pote propinquiore: & cũ terra disconuenit quippe remotiore, & ad cœli reducitur expresse, ad terra per supplementũ, subintelligitur enim terra supple mouẽda est.

Vergilius.

Hic illius arma, hic currus fuit.

Ego & uxor mea est docta, sẽsus est, ego supple sũ doctus, & uxor est docta.

Dixi uiciniori respondentis. Nam nisi sit cõparatio, uerbũ uel adiectiuum, semper debet cũ propinquiore cõuenire, ut Ego et uxor est docta: hic, est, cõuenit cũ vxor, quia illi est propinquius. Doctus sum et uxor. Hic doct⁹ & sum conueniunt cũ ego.

Quando est cõparatio uel similitudo, uerbũ uel adiectiuũ cõuenit cũ remotiore, ut Ego sicut tu sẽtio, ego sicut fœnũ arui, Ego meli⁹ quam tu scribo.

Item per nisi, Talem filiũ nulla, nisi tu pareret.

¶ Tribus modis fit Zeugma.

In persona, Ego & tu uiuis.

In genere, Rex & regina est irata.

In numero, ut Nihil te hic munitissim⁹ habẽdi senatus locus, nihil horum ora, uultusq; mouerũt?

In zeugmate quinq; oportet esse. Diuersa substãtiua, ut Rex & Regina. Coniũctionem, ut &. Verbũ uel adiectiuum, ut irata est, & quod uerbum uiciniori respondeat, ut Rex & Regina est irata.

Coniunctio in zeugmate tã potest esse copulatiua, disiunctiua, quam expletiua. Fit etiã per aduerbia, ut Cubas ubi ego. Cœnas quando nos.

¶ Triplex est zeugma.

Protozeugma, idest, zeugma á superiori, quādo ponitur uel uerbum uel adiectiuum in principio, ut Dormio ego & tu.

Mesozeugma, idest, zeugma à medio, quoties uerbum ponitur in medio, Ego dormio & tu.

Hipozeugma uel histerozeugma, ubi uerbum ponitur in fine, ut Ego & tu dormis.

Quādo uerbū ad duo supposita reducitur, & cū utroq; cōuenit, est zeugma, ut dicunt, locutionis, nō cōstructionis, ut Iohānes fuit piscator, ut Petr⁹ Nihil horū ora, nihil uultus mouerunt.

Dicitur zeugma quasi copulatum, à zeugnymi uel zeugnyo quod est copulo.

DE Synthesi.

Synthesis est, cū oratio cōgrua est sensu, nō uoce, ut Pars in frusta secant. Gens armati.

Fit synthesis in genere tātū, idq; aut sex⁹ discernendi causa: ut Anser fœta. Elephantus granida. Aut suplemēti causa, ut Præneste sub ipsa. s. urbe. Centauro in magna, supple naui.

Fit in numero tantum, ut Turba ruunt.
Vtraq; formosæ Paradi potuere uideri
Aperite aliquis ostium.

Fit in genere & numero simul.
Verg. Pars mersi tenuere ratem.
Idem: Hic man⁹ ob patria pugnādo uulnera passi.

Synthesis græce dicitur a sin, idest con, et prolepsis positio, quia est compositio, idest constructio facta gratia significationis.

De Antiptosi.

ANtiptosis est positio casꝰ pro casu, ut Sermo nē quē audistis nō est meꝰ, idest sermo nō est meꝰ Populo ut placerēt quas fecisset fabulas: fabulas pro fabulæ. Vrbē quā statuo uestra est, pro urbs. Eius nō uenit in men ē, pro id. Aristotelis libri sunt omne genus elegantiæ referti, pro omnis generis. Sic id genꝰ, pro eius generis. Commigrauit huic uiciniæ, pro in hanc uiciniam, quanquam Donatꝰ illic, huic uiciniæ, dicat positum esse aduerbialiter. Id ne estis autores mihi, pro eius:

Dicitur antiptosis ab anti, idest pro, & ptosis casus. Scribitur autem ptosis cum o magno, quare producitur sicut & monoptoton & diptoton. Omnia enim ferme uerbalia in osis, scribuntur per o magnū, ut homæosis, idest simimilitudo, heterosis, idest alteratio, tapinosis, idest humiliatio.

De Synecdoche.

Synecdoche est, cū id quod partis est, attribuitur toti. Aethiops albus dentes. Hic album quod solis dentibus conuenit, toti atribuitur Aethiopi.

Per Synecdochē ōnia nomina adiectiua aliquā

proprietatem significantia, item omnia uerba paßiua & neutralia, significantia aliquam paßionē, possunt, regere accusatiuum, & interim ablatiuum, significantem locum in quo fit paßio, ut

Aeger pedes uel pedibus.
Sauci⁹ frontem uel fronte.
Vulneror pedes.
Doleo caput uel capite.
Redimitus tempora lauro.
Syllius.
Truncatus membra bipenni.

¶ Duplex est Sinecdoche, locutionis & constructionis.

Sinecdoche locutionis, est, quādo pars pro toto sumitur, ut Octo animæ fuerūt in arca Noe, idest, homines. Bibo, Rhenum. Video Suollam: si solum turrim uideam. Et Synecdoche constructionis, quando adiectiuum, aut uerbum, toti atributur, ob partē cui conuenit, regit partem in accusatiuo, & aliquando in ablatiuo, ut Lat⁹ humeros, & humeris. Hæc poëtis est frequētior quam oratoribus.

Dicitur Synecdoche a syn, idest, cō, & ecdechomæ suscipio, quod uidelicet totū, cum parte sua capiatur:

FINIS.

De figuris con STRVCTIONIS IOANNES Sulpitius Verulanus.

FIgura est uitium ratione excusatum, & ascribitur elegantiæ.

Figurarum, aliæ sunt locutionis, aliæ dictionis, aliæ constructionis.

Figuræ cōstructionis (nam alias prætereo) sūt octo. Euocatio, appositio, cōceptio, siue syllepsis, prolepsis, zeugma, synthesis, ātiptosis, sinecdoche. Reliquas autem in pōetarum expositione doceberis.

¶ De Euocatione.

EVocatio est, continuata reductio tertiæ personæ ad primam uel secundam, ut Ego Quintilianus declamo. Tu Cicero oras.

In euocatiōe quatuor requirūtur, Persona euocans persana euocata, remotio copulæ, & uerbū cōcordans cum persona euocante.

¶ De Appositione.

APpositio est continuata cōiunctio duorū substātiuorū, quorū alterū declarat alterū ut,

Miratur molem Aeneas magalia quondam.

Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

Requiruntur autem in appositione duo substātiua in eodem casu, & q̄d magis commune ferè semper præcedat. Nam licet dicere, Hector uir fortis, et equus animal ferox.

Fit autem appositio tribus ex causis:

Primo causa restringēdæ generalitatis, ut Animal canis latrat

Secundo, remouendæ æquiuocationis, ut Leo signū ardet.

Tertio, causa atribuendæ proprietatis, ut Vergilius uir summus.

De conceptione.

Conceptio seu syllepsis, est adductio indignioris ad dignius.

Fit autē trib⁹ modis, genere, numero, et persona.

Genere, ut masculinum concipiat fœmeninum et neutrū, et fœmeninum concipiat neutrum, ut Vlysses et Penelope sunt laudati Et, Vestis et aurum sunt pretiosæ.

Numero, si pluralis numerus concipiat singularem ut Discipuli et præceptor legunt.

Persona, ut prima concipiat secūdam & tertiā, & secunda concipiat tertiam, ut Ego et tu legim⁹, Tu & ille scribitis.

Poterit etiā fieri conceptio, per hāc præpositionē cū, positā loco copulatiuæ coniunctionis. Nā idem est dicere, discipuli & præceptor legūt, quod, disci

(pu

licum præceptore legunt. Tu mecũ currimꝰ, id est, tu & ego, sed est indirecta, dignior enim persona cõcipitur. Requirũtur in cõceptiõe quinq;, dictio cõcipiens, dictio cõcepta, copulatiua cõiunctio uel præpositio cũ, uerbum uel adiectiuum pluralis numeri, & quod concordet cum persona concipiente. Nam si aliter inueniatur. non est figurata locutio.

Conceptio duplex est, directa uel indirecta.

Directa est, quando fit per dissimiles numeros, personas dissimiles, & genera dissimilia

In directa est, quando fit per pares personas, paria genera, & pares numeros, ut

Vergilius & horatius canunt.

Aurum & argentum sunt pretiosa.

Viri & fœminæ currunt.

De Prolepsi.

PRolepsis est atributio proprietatis, toti diuisio in partes suas, ut Puellæ legunt flores, ista uiolas, illa uacinia.

Requiruntur in prolepsi quinq;, totũ, partes, distributio partium, proprietas, & ordo.

Est autem duplex, explicita & implicita.

Explicita est, in qua concurrunt omnia quæ requiruntur ad eam.

Implicita est, quæ non omnino exprimitur, vt Vos amatis alter alterum. Sallustius: Cœpere se quisq; magis extollere.

De zeugmate.

Zeugma est reductio unius uerbi ad diuersas clausulas, ut Ego lego & tu.

Requiruntur in zeugmate tria: scilicet, duo aut plura diuersa substãtiua copulata: proprietas, hoc est uerbũ: & ꝙ cõcordet cũ vno illorũ substãtiuorũ. Fit autem per zeugma variatio personarum intransitiue, ut Ego & tu.

Numerorum, ut Isti legunt & Socrates.

Personarũ & numerorũ, ut Hebræi sunt et ego

Triplex est zeugma, scilicet a superiori, hoc est, quando proprietas seu uerbũ præponitur, ut Lego et tu. A medio, quando uerbum in medio ponitur, ut Ego lego & tu.

Ab inferiori, quando uerbum postponitur, ut Ego & tu legis. Hic illius arma, hic currus fuit.

De Synthesi.

Synthesis est attributio proprietatis uni uel pluribus copulatiuis, quod fit nõ gratia uocis, sed significati, ut Populus clamat. Et, Pars infrustra secant. Et, Præneste sub ipsa.

Requirũtur in synthesi duo, unũ subiectũ, uel plura copulata: proprietas cõcordãs cũ significato, et nõ cum uoce, ut Rosa pulcher, & Lepꝰ grauida.

Fit quidem synthesis in genere & numero, ut Turba proterui. Pars ueniemus Scythiam

De synecdoche.

Synecdoche est attributio partis ad aliquod totũ, sub proprietate uerbi uel adiectiui, ut Nympha nuda genu, & doles pedem.

Requiruntur autem in synecdoche tria, scilicet totum, proprietas, & pars in accusatiuo posita.

Indirecta synecdoche fit quando pars nõ est de essentia totius, ut apud Vergilium:

Perfusus sanie uittas atroq; ueneno.

Est alia synecdoche locutionis, quã Cicero intellectionẽ appellat, ut Hostis habet muros, pro hostes ponitur enim pars pro toto.

Antiptosis est casus pro casu positio, sub aliqua proprietate, ut, Populo ut placerẽt quas fecisset fabulas pro fabulæ, posuit.

In hac quidem tria requiruntur: Vnum subiectiuum vna proprietas: et q casus pro casu ponitur.

De definitione cõstructionis, ipsi⁹ uarietate.

Constructio est cõgrua dictionũ ordinatio, cõgruam perfectamq; sententiam demonstrans.

Constructionũ, alia est cõgrua sensu uoceq;, ut Vergilius scripsit Bucolica.

Alia sensu & non uoce, ut Populus currunt.

Alia est cõgrua uoce & non sensu, ut Verulæ sunt longa vrbs.

FINIS

¶ Excudebat inflorenti uniuersitate ossunensi
Iohannes deleon tipographus.